HIERONYMUS
Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift

3

ent inter eos. & presente pastore. lupum timere non
potuerunt. Tunc cessaut adiutorium dei abephra
ym qui in hoc loco intelleguntur scribe & phari
sei. iuxta osee prophetam. qui contrarios populi
dei. ephraym nominat. Et regnum cessabit ada
masco. ut nequaquam peccatum & peccati prin
ceps diabolus regnet in damasco. que prius san
guinem diligebat. sed reliquie syrie eorum q
degentibus crediderunt sint sicut prius fuerant
filii israel. ablato abillis regno dei. & tradito gen
tibus que faciunt fructum eius. sicut dns deus ex
ercituum locutus est per omnes prophetas suos.
Et erit in die illa attenuabitur gloria iacob. &
pinguedo carnes eius emarcescent. & erit sicut
congregans in messe quod restituent. & brachi
um eius spicas leget. & erit sicut querens spicas
in valle rafaim. & relinquetur in eo sicut racemus.
& sicut excussio olee duarum aut trium oliuarum
in summitate rami. siue quatuor aut quinque in
cacuminibus eius fructus eius. dicit dns deus
israel. Post quam reliquie syrie fuerint sicut quon-
dam fuit gloria filiorum israhel et delicto eorum
salus gentium data. tunc attenuabitur omis